100

+

Kalinowo antiqua Donatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. Comparens Nobilis Simon olim Jacobi Kalinowski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nobili Martino olim Laurentij Kalinowski et ejus posteris Bona sua omnia Mobillia et immobillia ius haereditatis in villa videlicet Kalinowo antiqua et noua consisten. haereditaria paterna materna obligatoria quaesita et alio quouis modo acquisita titulo concernentia cum areis hortis aedificijs omnibus paruis et magnis, agris pratis campis syluis borris rubetis peccoribus peccudibus totaque substantia et suppellectili domestica cum omni iure proprietate dominio propinquitate tituloque haereditario cumque omnibus in genere et singulis in specie vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus attinentijs et pertinentijs ex eadem bonis modo quo ad nunc et ab antiquo prouenientibus nihil in eadem pro se aut alio quopiam reseruando seu excipiendo pura mera sincera et irreuocabili donatione perpetuis temporibus dedit donauit inscripsit et irreuocabiliter resignauit. Cui iam ex nunc intromissionem realem in dicta bona ad praesens de parata cum pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos officio acceptandam dat et admisit. Submittit se cum posteris suis ac de bonis omnibus inscribit memoratum donatarium suum et eius successores occasione bonorum modo praemisso resignatorum ab omni impedimento iuridico quamcumlibet personam tam propinquam et remotam cuiusque sexus status et cuiusuis conditionis existen. per et vltra omnes proscriptiones Toties quoties opus et necessarium fuerit, tueri, defendere, euincere, liberare, pacificare, et reddere solusque tam per se quam per quasuis submissas et subordinatas personas condemnare sub damnis Trinis simpliciter taxatis et edicendis. Et Coram officio praesenti in primo citationis Termino personaliter stare parere respondere pro damnis ac litteris omnibus satisfacere omnibus Controuersijs exceptionibus, allegationibus, euasionibus, dilationibus infirmitatibus, motionibus appellationibus ac earum quibusuis more quotionibus, alijsque in vniuersum Cunctis iuris remedijs et defensis legalibus que impedimentis etiam de iure concessis sibi suisque successoribus abrenunciando et abrenunciando. excepta area vnda dicta Korczynskie in bonis Kalinowo antiqua consisten. sibi reseruata.

Actum in Curia Regia Branscensi Feria quarta in Crastino Festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Nono.

Krassowski Scuda Transfusio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. Comparens Famatus Erasmus Georgij Vice aduocatus Brans...

Bielscen. sanus mente et corpore exns palam publice ac libere verbisq. per expressis
recognouit. Quia Nobilibus Joanni Krzyszowsky et Heduigi Maly sica antea inui
cem coniugibus ius habendi consensu per modernam Sacram Regiam Mtem beni
gne ad id specialiter collato, de omni et integro iure suo ac privilegio bigerob
Diuæ memoriæ Vladislaum quartum Regem Poloniæ super officinam ferream
in fluuio Volenica iuxta villam Hulowice sitæ eiusq. pertinen. et fundos tum
et vnum mansum agri in fundo villæ Zubowo ad Capitaneatum Bielscen. spectan.
inter metas Jachowice Woitowice et Jachowice Piwonowice iacen. Summamq.
Ducentarum sexagen. Litwanicalib. in originalibus privilegijs expressa prout
eadem privilegia desuper sibi latius obloquuntur. Cum omnimoda potestate
eiusmodi iurium suorum et privilegiorum ac summæ præfatæ paratæq. intro
missione possne et vsum fructum eiusdem officinæ et molendini tabernæ
fundorum mansi stagni aggerum comprehensionis piscium et generaliter
cum omnibus et singulis vtilitatibus fructibus prouentibus attinentijs nihil
sibi ex eodem iure suo reseruando et excipiendo sed prout eadem bona
in se habent et prout ipse tenuit habuit, et possidebat cedit et condescendit.
Omneq. et integrum ius suum sibi ad præmissa seruiens et privilegiorum bonorum
ac summæ beneficia potestates prætensiones et vsus fructus in ipsum Generosum
Joannem Krzyszewsky et eius coniugem insolidum transfert et plenarie trans
fundit. Quibus etiam ex nunc introductionem realem cum actuali ac pacifica
possessione per Mtem Regni Stem et Nobiles duos quem et quas sibi conducere pote
rint acceptandam dat et admittit. Personali sua recognitione ad id acce
dente.

Brzezinski cum cautione Quietatio.

Coram officio et Actis præsentibus Castren. Capitan. Branscen. personaliter com
parens Honestus Joannes Kokinka subditus Sacræ Regiæ Mtis de villa
Rogawka Capitaneatus Drohicien. ~~tenuta~~ Magnifici Zbi
gnei Ossolinski Capitanei Drohicien. nomine honesti Antonij Kokinka eme
filiastri sui nunc infirmi a quo de rato et grato pacem informaturis plenissi
ma cauet sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognouit se
Nobilem Paulum olim Joannis Brzezinsky de Brzeziny antiqua sidem de
vulneribus per ipsum filiastro suo illatis adhuc non inscriptis ob præstitam
satisfactionem quietat et emittit ac liberum facit. Pacemq. tuitionem et euicti
onem omnimodam ab eodem filiastro suo toties quoties opus et necessa
rium fuerit cauet. Sub vadio Triginta marcarum polon. in casu non euic
tionis ad soluendum succumbendo. Et Coram offo Castren. Drohicien. in
primis citationis termo peremptorie ratione modadij ac citatio omnibus sa
tisfactione. Omnibus in vniuersum iuris remedijs et defensis legalibus
que impedimentis etiam de iure concessis tutelis et suis succored ..... ab
scribendo et abrenunciando.

Viceaduocati Bielscen. Consensus Oblata.

Officium præsens quietationem infrascriptam ad oblationem Famati Gen
osi Georgij Viceaduocati Bielscen. inscribendum suscepit in acta præsentia
de tenore tali. Maiqc ja Roskazanie od Jaśnie Wielmożnego Jego Mci